



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Abdicare se Generalatus conantem Ignatium Socij prohibent. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

circo hūc docendi laborem acceptum
esse Deo Optimo Maximo, à quo ipsi
integralm suæ benignitatis, plenamq;
mercedem exspectant.

VITÆ IGNATII LOIOLAE.

LIBER QVARTVS.

*ABDICARE SE GENERALIA
in conantem Ignatium, Socij
prohibent.*

CAPVT PRIMVM.

Onfirmata igitur à Iulio III. Pontifice Maximo rursum Societate, & ipso rerum successu firmius stabilita, anno 1550. primarios omnes

Patres, qui commodo Societatis venire poterant, Romam Ignatius ex varijs prouincijs ad se conuocauit: quibus in ynum congregatis, epistolam manu sua Hispanicè scriptam, in hac verba misit.

*Carissimis in Domino Fratribus So-
cietatis Iesu, Salutem.*

Vod mihi de officij mei ratione, sine perturbatione vlla interiori aut exte-
rigri

riori se penumero consideranti visum est, id
scribam: aperiamq; coram Creatore, ac Do-
mino meo, qui me iudicaturus est, quod ad
maiores laudem ipsius, & gloriā futurū in-
telligo. Evidem me ipse circumspiciens, ob-
peccata mea multa nimis, imperfectiones
multas, atque animi et corporis ægritudines,
sepiissime iudicauit, & verè atque ex animo
iudico me infinitis partibus abesse ab eo gra-
du, quò ad sustinendum hoc regendæ Societa-
tis munus, eius mihi voluntate impositum,
est necessarius. Quocirca maximopere deside-
ra, & à vobis quæso, ut tota re diligēter ex-
pensa, à vobis eligatur alius, qui melius quā
egn, vel minus certè male hoc munus gerat,
& vniuersam Societatem administret. Neq;
verò vt meliori hæc prouincia deferatur, tā-
tum peto, verùm etiam, ut pari, & æquali.
Quod quidem vt ritè atq; ex ordine fiat, Ego
in nomine Patris, & Filij, et Spiritus sancti,
vnius Dei, ac creatoris mei, depono Genera-
latum simpliciter & absolute, meq; abdico
hoc officio, & priuo, petoque, & omnibus a-
nimæ meæ viribus obsecro Professos omnes,
quosq; Professi sibi adiungere ad hanc deli-
berationem volēt, vt hoc meum tam iustum
desiderium admittant, & pīe oblationi suf-
fragentur. Quod si quorum est iudicium, fer-
re de hac mea postulatione, minime inter se
consentient; per charitatem, & reuerentiam:

T 5

Christi

440 VITAE IGNATII

Christi Iesu, illos ipsoſ rogo, atq; oro: ut preci-
bus ſeriō incubant, Deoq; hanc rē accuratiſi-
mē cōmendent, ut in omnibus, & per omnia
sanctissima eius voluntas fiat, idq; omnino
quod ad eius gloriam, et communem anima-
rum ſalutem, ac Societatis bonum magis per-
tinebit. Illud etiam quæſo, ut meam hanc pe-
titionem, atq; obſecrationem, optimam in par-
tem accipient.

Perfecta hac epiftola, Patres qui cō-
uenerant, omnes vno ore laudare fa-
ctum Ignatij, ac voluntatem admirati
cius humilitatem, qui cum maximē in
gubernatione excellat, ſatamen mini-
mē idoneum ad gubernandum iudi-
cet. Negant tamen ſe quod poſtulat,
ſalua conſcientia, poſſe facere: neque
ipſo viuo, Praepoſitum aliū Genera-
lem experiri, idq; Ignatio renunciare
iubent. Ipsiſum eſſe Societatis parētem,
ipſum magiſtrum omnium, ac ducē,
atque à Deo electum, ut huius ſpiritu-
liſ aedificijs quaſi ſapiens architectus
fundamentum poñeret, ſuper quodi-
piſi, reliquique eius filijs, tanquam viu-
lapides ſuperaedificati ipſo ſummo au-
gulari lapide Christo Iesu, crescant in
temploſ ſanctum in Dōmino. Nullo
modo ipſis eſſe committendum, ut hu-
ius tantis beneficij aut ignari reperiā-
tur,

fut, aut ingrat. Eodē tempore grauissimum in morbum incidit, & cum se expeditum iri ex huius mortalitatis vinculis speraret, sic afficiebat ani- mo, ut prælætitia, fluentes vbeitim lachrymas cohibere non posset, cog- returque & suorum precibus, & medi- corum severa admonitione animum aliò transferre, & minus diu de suo desiderio, ac spe, minusque sœpe cogi- tare.

CONSTITUTIONES AB IG-
natio præscribuntur.

CAPVT II.

Ignatius ergo spe illâ deicetus, onus quod sustinebat deponendi, & no- uo morbo liberatus, quod Deum velle intelligebat, ad Societatem gu- bernandam, & inchoata perficiendâ, se totum conuertit, imprimisq; vt cer- tis illam vinciret legibus, iisdem Pá- tribus Constitutiones à se conscriptas ostendit, ac discutiendas tradidit: quas ipse compulsus est precibus totius So- cietatis perfcribere. Extat commenta- riis eius ipsius manu scriptus, in ar- cula quadam post eius mortem reper- tus, in quem, dum constitutiones scri- beret, affidua Dei beneficia illustra-

T. 6. tiones.